



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

De virtute sanctæ obedientiæ. XII

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

2. Sit lectus tuus velut sepulchrum, in quo quieturus es modicum, paulo post iterum surrecturus ad vigilias & Dei laudes celebrandas. Quantò præparatiū transis dormitum, tanto expeditior eris ad surgendum. Deuotos hymnos & Psalmos ruminare corde & ore, donec incipias suauiter obdormire. Verbum Christi in cruce ultimò dictum, in memoriam mortis eius & expirationis, tribus vicibus lege, sursum ad cælum oculis eleuatis: *Pater in manus tuas commendō spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis*, per filium tuum maximam charitatem. *Luke 23. Psal. 30.*

3. Honestè & verecundè membra tua componas, nuditatem veles, nec crebro te vertas, sed quietè & custoditè iaceas; memor Christi cruce pendendis, qui in patibulo, non in molli lecto moriens obdormiuit.

4. Si caro titillat, si tetra imago incidit, si quævis alia passio mouet, nec quiescere te finit; ad orationem conuertere, signum crucis tibi imprime, flagellum, coronam spineam, lanceam, ac totam armaturam crucifixi oppone; ante cuius virtutem non potest hostis stare malignus, nec tentationis illusio perdurare. Adhibe quoque ignem æternum, supplicia sanctorum martyrum, confessorum constantiam, & virginum fortia trophaea. Attende lapides Stephani, craticulam Laurentij, fustes Marcelli, yngulas Vincen-  
tij, vepres & vrticas Benedicti, flammæ sanctæ Agnetis, rotam Catharinæ, acutissimas testulas Agathæ, bullientes aquas Cæciliæ, lachrymas, amorem, contritionem, & pœnitentiam Mariæ Magdalenæ: dentes bestiarum, horridos carceres, nec non dura vincula pedum sanctorum. Sic Deo iuuante, & iſſa te cogitante, ignem igne superabis, diabolum confundes, Sanctos honorabis, & in pace Christi dormies & requiesces.

## CAPVT XII.

*De virtute sancta obedientie.*

**S**ecurissima via ad cælum est stare in obedientia, & vivere sub disciplina, nec propria vti libertate. Qui perfectè se subiicit homini propter Deum, dabit ei Dominus gratiam specialem in præsenti, & exaltabit eum in gloria sanctorum. Tamdiu erit lis in homine, quamdiu manserit in propria voluntate. Deus sufficiens est causa & ratio, ad obediendum prælatis nostris. Multo tutius est obedire, quam præcipere,

2. Citò erit in pace, qui citò se subiicit & obedit. *Vir obediens Trou. 21. loquitur victorias*, ait Sapiens: & qui recalcitrat, stimulum patitur & cadet. Si vita alicuius prælati non est ita perfecta & laudabilis, sicut status & ordo requirit, tu tamen bene facis obediendo

## 694 EXERCITIA SPIRITALIA.

in bono; quia non ab homine, sed à Deo præmium accipies. Di-  
isce præsentem, quem habes, sufferre patienter, ut mitius ferasfe-  
quentem. Si huic non haberet, forsitan duriorem sustineret. O-  
portet te vnum habere, nec pro tuo libitu inuenies aliquem, etan  
si plures fueris perscrutatus. Bonus discipulus tam malum magi-  
strum non habuit, quin ei in bonum cesserit, quod humiliiter ob-  
temperauit.

3. Exemplis igitur Christi & sanctorum eius studeas simplici-  
ter & pure obedire propter Christum, propter conscientiam &  
bonam famam, propter pacem cordis & æternæ vitæ gloriam  
præmerenda.m. Nemo tam quietè viuit, nemo tam securè moni-  
tur, sicut verus obediens, & in omib[us] Deo & hominibus sub-  
iectus. Hoc tribuat munus, qui regnat trinus & vnu. Amen.

---

ALIA  
SPIRITALIA EXERCITIA  
VIRI RELIGIOSI.  
CAPITA HVIVS LIBELLI.

**B**revis admonitio spiritualis exercitiij.

*De oratione.*

Cap. I.

II.

*De dilectione.*

III.

*De operatione.*

IV.

*De choro.*

V.

*De vigilijs matutinis.*

VI.

*De meditatione post matutinas.*

VII.

*De custodia celæ.*

VIII.

*De exitu ad laborem.*

IX.

*De obedientia, & humili response.*

X.

*Ad quid omnia exercitia sint dirigenda.*

XI.

*De refugio ad Deum semper habendo.*

XII.

*De meditatione passionis Christi.*

XIII.

*De viri confidentia in Christo.*

XIV.

*De commendatione celæ.*

XV.

*De contemptu consolationum terrenarum.*

XVI.

CAPUT I.

*Brevis admonitio spiritualis exercitiij.*

**A** B exterioribus peruenitur ad interiora, ab inferioribus ad  
superiora, à corporalibus ad spiritualia. Paulatim proficit  
hom[er]o

